



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione
praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Decisio XXXII. Episcopus habet de jure fundatam intentionem in
iurisdictione causarum civilium, criminalium, mixtarum, & matrimonialium,
nisi in contrarium adsit immemorabilis praescriptio. & quomodo ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

Canonibus exorsam, ut ait Rota d. decis. 324. num. 11. ita constat Archidiaconos
 per noluisse distinctam & separatam jurisdictionem ab Archiepiscopali exercere
 lamque non tanquam sub Episcopo, sed uti independentem articulasse & con-
 16 fuisse probare, ibi proinde everso, ac revoluto facto modo non sunt admittendi
 allegari. id cuius contrarium articulant, pro ut in specie talis descensus ab omni
 moda jurisdictione ad quosdam particulares actus ex huiusmodi ratione fuit
 17 *causa d. Toletana Jurisdictionis 27. Januarii 1662. coram R. P. D. Levilaqua.*

Eadem responsione removetur quod dicitur d. *cap. final. de offic. Archid.* quod
 non negatur Archidiaconum tanquam Episcopi oculum destinatum esse a jure
 17 illius vices supplendas, & sic Prælati sublevandam sollicitudinem, ac consequenter
 facilius ex consuetudine & præscriptione posse in munere sibi de mandato con-
 18 yere; sed dicitur hoc non fuisse sue intentionis, sed affectasse in vim dictæ con-
 tra intentionem prætendi ad illam, cum non tam requiratur titulus & posses-
 quam etiam animus sine quo nemo acquirit vulgaris iuris.

Ex ita utraque &c.

DECISIO XXXII.

Episcopus habet de jure fundatam intentionem in ju-
 risdictione causarum civilium, criminalium,
 mixtarum, & matrimonialium, nisi in contra-
 rium adsit immemorabilis præscriptio, & quo-
 modo hæc præscriptio per Testes probetur.

R. P. D. MANZANEDO.

Mariscen, Jurisdictionis.

Veneris 26. Aprilis 1609.

SUMMARIUM.

- 1 Episcopi habent ordinariam jurisdic-
 tionem in quibusvis causis.
- 2 Præscriptio immemorabilis ut dicuntur
 probata, quæ requirantur.
- 3 Testes

*Fft in recepr.
 decis. 248.
 par. 2.*

Handwritten notes in the left margin, including 'K. E. T.' and other illegible characters.

- 3 Testes super immemorabili debent deponere de visu per 40. annos.
- 4 Testes de immemorabili debent deponere de actibus ante litem motam.
- 5 Testes habentes affectionem & inter-

- esse in causa, non probant.
- 6 Jurisdictio Episcopi non prescribitur per actus factos nomine Episcopi.
- 7 Immemorabilis excluditur quando dantur actus gesti ab Episcopo.

Ubi Archipresbyter prætenderet, omnem jurisdictionem civilem, criminalem, & mixtam sibi competere, etiam quo ad causas matrimoniales, & cum illis, & criminales ad solos Episcopos, non autem ad alios inferiores spectent, iuxta Concil. Trident. cap. 20. §. ad hoc sess. 24. & sacra Congregatio Illustrissimorum Cardinalium dicti Concilii interpretari censuerit, d. decretum Concilii Tridentini non excludere immemorabilem, sed donec de illa constiterit per tres sententias confirmatas, non inferiorem, sed diocesanum Episcopum debere interim hujusmodi causas cognoscere, & quo ad illas Rota coram me. 18. Maji 1607. Domino Episcopo mandatum de manutendo dedit. Inde Dominus Archipresbyter habuit remissionem pro prædicta immemorabili probanda, non solum quo ad prædictas causas matrimoniales, & criminales, sed etiam quo ad omnem jurisdictionem à se prætentam, & examinatis 18. testibus, & productis, dubitavi an prædicta immemorabilis esset probata.

Et Domino Episcopo tantum informante, Domini pro negativâ respondentium censuerunt, quia ex prædictis testibus dicta immemorabilis probata non resultat cum requisitis, de quibus in *Gl. fin. cap. 1. de prescrip. lib. 6. quam sequuntur ibi Lap. & Franc. num. 10. & ceteri scribentes*, & est communiter recepta, ut tradit Gabriel pluribus relatis lib. 5. *Tit. de presumpt. cont. 1. num. 87. Covarr. in reg. possessor. par. 2. §. 3. num. 7. Rebuff. de decim. q. 13. num. 99. & illam servat Rota, ut apud Veral. decis. 71. par. 1. & decis. 290. part. 3. & sapissime fuit dictum.*

Et cum juxta prædictam Glossam testes concludentes immemorabilem, deponere debeant de visu, per 40. annos, opus est, ut habeant ætatem congruam, qualis est annorum 54. ut dixit *Lap. in d. cap. 1. & ibidem Dominic. & Franc. d. num. 16. & Paris. cons. 27. num. 98. Aym. de antiq. tempor. par. 4. cap. absolutis. num. 3. Balb. de prescrip. 2. par. 3. par. principalis. q. 6. num. 37. vers. cujus vero ætatis Belvand. cons. 167. num. 4. lib. 3. Gabriel. de prescrip. conclus. 1. in fine. & ita servat Rota, ut per Veral. ubi supra, & pluries fuit dictum, sed sic est, quod ex prædictis testibus primus est ætatis annorum 45. quartus vero annorum 44. & sextus annorum 51. unde ex defectu congruæ ætatis, non valet ex eorum dictis immemorabilis dici probata.*

Ulterius quia debent deponere de visu per 40. annos antelitem motam, cum eorum sit per litem contestatam, interrumpi prescriptionem *cap. illud ubi Gloss. verb. rursus de prescrip. & ibi Abb. num. 13. & seq. l. mora l. C. de rei vendicat. l. cum novissi-*

notissimi §. Imo, & illud procul dubio. C. de prescrip. 30. annorum. Bart. & communiter in l. naturaliter num. 19. ff. de usufructu. Balb. de prescrip. rer. immobil. §. quib. Mod. in l. naturaliter num. 51. §. 3. par. sexta pars principalis. q. 1. Covar. ubi supr. 2. par. 12. num. 4. vers. secunda conclusio & vers. 3. conclusio, unde cum ista lis duret 40. hinc annis, opus esset, quod Testes haberent aetatem annorum 85. ad hoc ut valerent deponere de 40. annis de visu ante litem motam, sic est, quod nullus ex testibus decessit ad 70. & per consequens videtur ex dictis Testibus nullatenus istam immemorabilem probatam refutare.

5 Tum etiam quia 15. ex praedictis Testibus sunt de loco Saponariae, & quamvis aliunde oriendus est habitator Saponariae à 60. annis, & sex ex eisdem habitant in Capitulo Saponariae Ecclesiae filios, aut Fratres, aut Nepotes respectu alii affectant victoriam Archipresbyteri, aut Fratres, aut Nepotes respectu alii affectant victoriam Archipresbyteri, pro ut 16. interrogatus respondit, quod victoriam reportet Archipresbyter, quia fovet bonum Jus, & secundus, qui erat Syndicus generalis illius terrae dicit, qualiter in consilio Saponariae fuit consensus, quod praestaretur adiutorium Capitulo, & Archipresbytero, quoad expensas necessarias, ut faveretur iurisdictioni, quia erat honor & reputatio dictae terrae, habere suam Ecclesiam cum aliqua praeminentia, & dictus testis tanquam Syndicus ministravit Archipresbytero Cotino, non habenti in Urbe, quid expensam daret, duos 25. pro duabus vicibus, & reddit rationem, nempe, ut non amitteret iurisdictionem; quae omnia, aut istos testes non admittendos ad probationem immemorabilis, aut minorem fidem illis adhibendam satis demonstrant ad text. in l. fin. ff. de testib. & ad notata per Alex. consil. 146. numer. 3. lib. 5. & Cravet. conf. 281. numer. 3. Non conf. 261. numer. 11.

6 Ultra quod iidem Testes deponunt Archipresbyteros Saponariae fuisse deponatos ab Episcopo Vicarios foraneos. Unde vili fuerunt non nomine proprio, sed Episcopi illam iurisdictionem exercere, quod impedit acquisitionem praescriptionis lativae, & praeveniendo, hoc sufficit ad impediendam praescriptionem Archipresbyteri, quatenus in illa velit fundare suam iurisdictionem privativam ad Episcopum, hanc etiam, quod istimet testes deponunt Episcopum processisse contra Archipresbyteros in iurisdictione se intrumittentes; Item & quamvis plures ex istis testibus deponant de visu per 40. annos, tamen tres tantum exprimunt actus iurisdictionales, quos viderunt ab Archipresbytero exerceri.

7 Et ultimo visum fuit Dominis excludi istam immemorabilem ex pluribus articulis in contrarium datis pro parte Episcopi. Soc. conf. 7. num. 11. lib. 1. Put. dec. 436. lib. 2. & fuit dictum in una Caput. unionis 27. Novembris 1591. coram Domino meo Domino, & in Aquanaten. Beneficium 9. Aprilis 1602. coram Domino meo Ludovico.

DECL.